

CONFESSIONIS SACRAMENTALIS

QUALITAS, & CONDITIONES.

Exempla pete ex superioribus.

Confessio sacramentalis debet habere sedecim conditiones, infra scriptis verbis contentas, secundum D. Thomam 4. sentent. dist. 17. q. 3. art. 4.

- Sit simplex, humilis confessio, pura, fidelis, Atque frequens, nuda, discreta, libera, verecunda, Integra, secreta, lacrymabilis, accelerata, Fortis, & accusans, & se punire parata.

Causa sit penitens, ne verecundia ductus dividat apud se confessionem, ut diversis velitis diversis sacerdotibus manifestare, quodam enim uni celat, quod aliis manifestanda reservat: quod est se laudare, & ad hypocritam tendere, & semper veniam carere, ad quam per frustra totam putat pervenire. Aug. l. de penit. ubi habetur de penit. dist. 5. Confiteatur, s. Cautus.

Petrus Cluniacensis lib. 1. de miraculis narrat tria miracula pro integritate confessionis, cap. 7. & 5.

Vide etiam supra quodam.

CONFESSIO FIDEI

QUID SIT?

Confessio fidei est proprie actus fidei exterior, subserviens firmitati fidei, qui est adherere Deo tanquam primæ veritati, eumque actum S. Thom. 2. 2. q. 3. art. 1. ad 3. dicit esse elicitum, & proprium, non imperatum tantum.

ETIUS NECESITAS.

Confiteri fidem, inquit S. Thomas supra, esse de necessitate salutis, & præcepti affirmativi, quando id exigit honor Deo debitus, & utilitas proximo impendenda. Hoc tamen præceptum affirmativum includit negativum de nunquam neganda fide. Sic ut gravissimum sit peccatum, etiam si corde fidem retineas, si ore eam negaveris, adversatur enim illi Apostolico testimonio ad Rom. 2. Corde creditur ad iustitiam, & ore confessio fidei salutem. Ubi Apostolus vult hominem iustificatum à iustitia, & salute excidere, nisi ore confiteatur, quod corde credit. Siquidem quamvis fides in corde est integra, germinat confessionem in ore, ut ait Autor Oper. Imperfecti. in Math. hom. 25. Et Christus dicit Matth. 10. Qui me negaverit coram hominibus, negabo & eum coram Patre meo, qui est in cælis.

Quo fit, ut periclitante Dei honore, aut proximi salute, hoc præceptum obliget. Ut etiam quando à tyranno, aut publico potestate habente interrogatus de religione, aut aliquo fidei articulo, etiam proposito mortis periculo teneris discretis verbis, aut signis confiteri. Si enim iustus es, ait S. Cyprian. lib. de laude Martyr. & Deo credis, quid pro eo sanguinem effundere metuis, quem pro te passum cognovisti? &c. Item non licet uti seculis, aut admittere actiones, quæ ex natura, aut usu ordinatæ sunt ad profectum, aut careniam salutis alicujus falsæ. Scripsit de hoc argumento solide, & eruditè Joan. Malder. Episcopus Antwerp. Tract. de Virt. Theol.

Requiratur Tit. de fide. Item de Christo, s. Christi confessio. Pausatamen hoc loco addemus præscriptæ confessionis ejusmodi exempla.

EX S. SCRIPTURA.

Post peccatorum confessionem eam, quæ fidei est, conveniunt subdimitas, sine qua prior illa nihili faciendæ; magni vero, si conjunctionem eam habeat, æstimanda. Lunatici pater (cujus meminere evangelium) rogatus à Domino: Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Continuo exclamans, motus commiseratione erga filium, cum lacrymis protestabatur: Credo, Domine, adjuva incredulitatem meam. Et ita, ut habet Aug. Conc. 7. in Ps. 118. Incredulitatem suam adhuc inhærentem, invito confitebatur: neque tamen fide diffusebatur, & hinc filio sanitatem impetravit. Marc. cap. 9.

S. Petrus, & Joannes. Vide prædicatio verbi Dei.

HISTORICA.

Benjamin Diaconus. Vide locum de fide, Tit. Fidei confessio. Ubi plura hujus argumenti. S. Thourius Martyr, à Fabiano Præfecto compulsus, prunis ante se positis thura Diis ponere, aut eadem discalceatis plantis calcare: facto crucis signaculo super eas ingreditur dicens: Depone infidelitatem Fabiane; discere solum Deum, quem confitemur dominari creaturis. Tu tantum præsta in nomine tui Jovis; & si potest, faciat te non sentire dolorem. Sur. tom. 1. in vita S. Sebastiani. Longum foret enarrare, quam fortiter viri sancti hac confessionis virtute usi. Quare pluribus aliis in locum referatis, quid de Clerico quodam commemorat Greg. Turon.

audiamus. Ab Arrianis custodiæ traditus, cum Personarum trinitatem in naturæ divinæ unitate multis rationibus adstrueret: nec minis, nec muneribus, sententiam mutaret, induci poterat: tandem in equalem sublatum, dum rogaretur. Quid credis? nihil aliud respondit, quam, Credo in Deum Patrem, & in Jesum Christum, filium ejus unigenitum, &que in Spiritum sanctum ex utroque procedentem. Ex Greg. Turon. de Glor. Mart. l. 1. c. 82. Bejer. in Apoph. Chris. Vide Tit. de Fide, & Fid.

Invitant me etiam, & excitant, quæ sequuntur. Achemenidem referam, qui à Tarante Perfarum rege, quod fidei femina in Perside sparsisset, accusatus, Universitatis, ajebat, Deum nequam abjuro, ut tibi amicitia jungar. Majus crimen, divinam, quam regiam ledere majestatem. Næcep. l. 14. Hist. cap. 26. l. Bejer. in apoph. Chris.

Sumptuosius vestimentis à præfato Tarante donatus, postquam id factum sensit, ut ita lentis beneficiis à proposito dimoveretur excandescens, concessit eas à se rejecti, dixitque: Si ejus gratia me Religionem longè optimam mutatum putas, in munus tuum una cum impietate habe. Ibid.

Addamus & Canutum Anglorum Regem, cui præclarum hujus rei testimonium præbent Annales. Cum à corvis aulicis (Assestatores appello) circumventus, omnia ad nutum ejus, vultumque converti jactarent, ille, insperantibus, sedem regiam in maris litore poni curat, cui insidens, Tu mare, inquit ditionis meæ es, & terra, in qua sedeo, est mea: tibi impero, ne in terram meam ascendas (jam enim erat maris accessus) nec membra domini tui madore perfundas. Dixerat. Servat suum fluxum mare, & immenso imbri Domini filii finem perfundit. Tum ille. En, quam ego omnibus imperio? Quin sciant omnes, qui terram incolunt, namque, & falsam esse regum potentiam, atque unum eo nomine dignum, qui verè imperium inhibet celo, terræ, mari, & diademate Crucis imposito, deinceps pietatis, & modestie cultor exitit. Ita Regum timendorum in propriis greges, Reges in ipsos imperium est Jovis.

Saxo Grammat. Beyerlinck supra.

Consule locum de Fide, Tit. Fidei Defensores, Proprietates, &c.

NON CONFITERI FIDEM.

Ubi de erroribus circa hanc confessionem. Gnosticoorum error fuit, & Gelschitarum, ac Priscilliarum, quorum meminerunt Tertull. in Scorpiaco, c. 1. Euseb. l. 1. hist. c. 28. August. contra mendac. c. 2. & aliorum, quos refert Bernard. serm. 65. in Cantica: fidem, aut religionem imminente gravi periculo vite verbis negari posse, dummodo corde retineatur. Immo etiam, ubi fortuna bona in discrimen adducenda forent, negotium fidei, & religionis is postponendum, nostri temporis Athei, & Libertini docent Quin & Anabaptistas eundem errorem cum reliquis teneret, tradit ex Stapeslo Valentia, & nonnullos Calvinistas ipso opere eum etiam exhibuisse, plura sunt documenta. Vide Pet. bue pleræque ex loco de Fide Tit. fidei defensores.

Fuerunt circa tempora S. Cypriani quidam, qui quidem diserte Christum non negabant, at tamen immunitatem in illius professione permanendi per illicita media apud Ethnicos Imperatores stipulabantur: accipiendo à magistratu libello, quem data pecunia obtinebant. quo is fidem faciebat, illos sacrificasse, & mandato Imperatoris paruisse. Atque ita prædicabant, quod non fecerant, eaque simulatione fidem redagebant. Quorum factum sub nomine Libellatorum redagunt SS. Patres, eosque ad publicam penitentiam adegerunt. H. Videatur Joan. Malderus supra.

CONFESSORES.

Confessores vocabantur, qui rogati de fide Christi, eam publice professabantur. Unde & à bona sua Confessione dicebantur Confessores. Quod si deinde eam ob causam morte afficerentur, vocabantur Martyres. Hinc de Christo canit Ecclesia: Rex gloriose Martyrum, Corona Confitentium.

Confidentialia.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Confidentialia dicitur Græcè, est audacia cum improbitate conjuncta, & accipitur plerumque in partem deteriorum, ut testis est Cic. 3. Tusc. quamvis ipsum verbum Confidendo unde

unde deducitur, in laude ponatur. Nonnunquam tamen accipitur pro constanti, & gravi, confidens.

In negotio beneficiorum vocatur Confidentialia, pactum, quod quis cum alio iit, ex spe, quod collato aliquis conferet, aut alter renunciat beneficio alicui Ecclesiastico, sub conditione, aut pacto tacito, vel expresso.

Prior acceptio communis est, & à Scripturis usurpata. Tria confidero, ait S. Bernardus, in quibus tota spes mea consistit, Charitatem adoptionis, Veritatem promissionis, Potestatem redditionis. Murmuret jam, quantum voluerit, insipiens me cogitatio, dicens, Qui es tu, & quanta est illa gloria, quibusve meritis hanc obtinere speras? Et ego ficialiter scio cui credidi, & certus sum, qui in charitate nimia adoptavit me, quia verax est in promissione, potens in exhibitione. Hic est funiculus triplex, qui difficulter rumpitur, quem nobis è patria nostra, in hunc carcerem usque demissum fortiter queso tenemus, ut ipse nos sublevet, ipse nos trahat ad conspectum gloriæ magni Dei. de frag. sep. bom. 3.

Non confidat prædicator, vel auditor verbi divini de acumine ingenii, de utilitate fornicii, de sedulitate studii; sed magis confidat de bonitate Dei, & de pietate oraculi, de humilitate cordis intini. Hugo de S. Victor.

Vide præsumptio, Magnanimitas, Constantia.

EXEMPLA SACRA CONFIDENTIÆ.

Moyse sit coram Pharaone multoties, & confidenter arguebat eum. Exod. 5.

Confidenter, licet reverenter, arguit Nathan propheta David, post audierunt, & homicidium ab illo commissum. 2. Reg. 12.

Dixit Elias ad Achab: Non ego turbavi domum Israel, sed tu, & domus patris tui, qui dereliquisti mandata domini. Et post hoc dixit prophetas quadingentes quinquaginta occidi. 3. Reg. 18.

Idem quoque Achab regi Israel dicensi sibi: Num invenisti me inimicum tibi, respondi: inveni, eo quod venundatus sis, ut faceres malum in conspectu Domini. 3. Reg. 21.

Item postea dixit Ochoziaz regi Israel. De lectulo, super quem ascendisti, non descendes, 4. Reg. 1.

Elifeus mira libertate dixit ad Joram regem Israel, exercitu circumstante: Quid mihi, & tibi est. Vade ad prophetas patris tui. 4. Reg. 3.

Fuit dominus cum Josaphat, quia ambulavit, in viis David patris sui. Sequitur: Cumque absumpsisset cor ejus audaciam per vias Domini, &c. Par. 17.

Spiritus Domini induit Zachariam, filium Jojada, & stetit in conspectu populi, dicens. Quare transgredimini præceptum Domini? Quod vobis non proderit. Par. 24.

Ezechias confortavit bellatores suos, dicens: Nolite timere regem Assyriorum, & universam multitudinem, quæ cum eo est: plures enim nobiscum sunt, quam cum illo. 2. Par. 23.

Sanaballet, & cæteri inimici dolentes de adificatione muri Jerusalem, missi sunt, ut posset resistere, & terrere. Nehe- miam variis modis, sed non poterant propter ejus magnanimitatem. Neh. 47.

Mira magnanimitatis fuit Judith, quæ inermis ivit ad tentorium Holofernis, & eum ibi occidit. Judith 10. & 13.

Mardocheus magnanimitè renuit adorare Aman superbissimum, licet sciret, regem hoc præcipisse. Idem etiam cum magna severitate, & libertate loquebatur regine dicens: Ne putes, quod animam tuam liberes, quia in domo regis es: si enim nunc filiteris, per aliam occasionem liberabuntur Judæi, & tu, & domus patris tui peribis. Esth. 3. 4. & 6.

Ananias, & socii ejus confidenter Nabuchodonosor regi dixerunt: Deus noster, quem colimus, potest nos eripere, &c. Daniel. 3.

Similiter Daniel, qui de edicto regis Darii non curavit, sed dominum suum more consueto oravit. Dan. 6.

Matthias, & filii ejus magnanimitè rebellaverunt, & resisterunt regi Antiocho. 1. Mach. 2.

Videntes socii Juda Machabæi exercitum venientem, dixerunt: Quomodo poterimus pauci pugnare ad multitudinem tantam, & tam fortem; & ait Judas: facile est concludi in manu paucorum. Et non est differentia in conspectu Dei liberare in multis, aut in paucis, quia non est in multitudine exercitus victoria belli, sed de celo fortitudo est. 2. Mach. 3.

Signum magnanimitatis dedit Timotheus exercitui suo de Juda Machabæo, si transierit fluvium ad hostes audacter, & sic fecit Judas, & magnam habuit victoriam. 1. Mach. 5.

Eleazar filius Saura cucurrit audacter ad Elephantem, ubi credebatur esse regem & suppositus se ei, &c. 1. Mach. 6.

Cum dicerent socii Judæ ad eum, ut liberarent animas suas quia hostes erant multi, & ipsi pauci, respondit Judas: Absit rem istam facere, & si appropinquavit tempus nostrum, moriamur in virtute, & non inferamus crimen gloriae nostræ. 1. Mach. 2.

Jonathan animavit suos ad pugnam, ex eo quod bellum ex adverso, & aqua Jordanis hinc, & inde, ripa, & paludes, & saltus, non erat locus divertendi. Eodem.

Cum esset Jonathan in prælio contra alienigenas, reliquerunt eum omnes ex suis, exceptis duobus. Sed videntes, quod dux fortiter pugnaret, reversi sunt fugientes, & ceciderunt de alienigenis tria millia virorum. 1. Mach. 11.

Eleazar quoque magno animo pro patriis legibus morti se obiecit. 2. Mach. 5.

Nec minoris animi fuit Mulier illa, quæ cum septem filiis mori maluit, quam patris leges prævaricari. 2. Mach. 7.

Egregius militæ dux Judas Machabæus ad eas, quæ amplius urgebant, pugnas se convertit. 2. Mach. 10.

Machabæus, & qui cum eo erant, videntes auxilium de celo sibi missum, convalescerunt animis, non solum homines sed & bestias fortissimas, & muros ferreos paratis intrare. 2. Mach. 11.

Crucifixo Domino, Joseph ab Arimathia, audacter introivit ad Pilatum, & petiit corpus Jesu. Matt. 24.

Ille Cæcus natus, à Domino illuminatus, libera voce veritatem de Domino fateretur. Joan. 9.

Dixit Thomas ad discipulos: Eamus & nos moriamur cum eo, Joan. 11.

Petrus qui ad vocem unius ancillæ pavescit Christum negaverat, recepto Spiritu sancto, fuit tanta virtute indutus, ut coram populo Pharisæorum, ac magistratum collegio, ipsam cum omni fiducia prædicaret. Matt. 26. Act. 2. 3. 4. 5.

Magistratus, & ministri arguendo dixerunt, Apostolis prædicando: præcepimus vobis, ne doceratis in nomine isto. Et ecce repletis Jerusalem doctrina vestra, & vultis super nos inducere sanguinem hominis istius. Respondens autem Petrus & Apostoli dixerunt: Obediæ magis oportet Deo, quam hominibus. Act. 5.

Stephanus plenus gratia, & fortitudine, Christum Dominum cum mira libertate prædicabat, & Judæos increpans; confundebat dicens inter cætera: Dura cervicæ, & incircumcisæ corde, & auribus, vos semper Spiritui S. resistitis. Act. 6. 7.

Paulus Apostolus, præfente Paulo proconsule, Elymam magnum durissimè increpavit, & ad tempus lumine oculorum privavit. Act. 13.

Cum mandasset magistratus, ut Paulus, & Silas liberentur de carcere, Paulus dixit ei: Cæcos nos publicè, homines Romanos indignatos miserunt in carcerem, & nunc occulte nos eiciunt. Et sic loquutus est, quod illi timentes venerunt, & rogaverunt eos, ut egredierentur de illa civitate. Act. 16.

Commota, & confusa civitate Ephesina, cives impetum fecerunt unanimiter in theatrum raptis comitibus Pauli, Paulus autem voluit intrare in ipsum, sed non permiserunt eum discipuli. Act. 19.

Vale dicens fratribus de Asia dicebat Paulus: Spiritus S. pro omnibus civitatibus protestatur mihi, quia vincula & tribulationes me manent in Jerusalem, sed nihil inquam horum vereor, nec facio animam meam preciosiores quam me, &c. Act. 20.

Coram illis iudicibus, quos habuit Paulus, miram magnanimitatem ostendit, videlicet coram Anania principe sacerdotum, Felice, Festo, à quo manifestè gravatus Cæsarem appellavit. Act. 23. 24. & 25.

In tot, & in tantis periculis constitutus Paulus, semper fuit intrepidus & securus, & hoc præcipue apparuit in tempestate, quam passa est navis sua. Act. 27.

De ipso beato Paulo dicit Aug. illum opportunum (inquit) & fortissimum virum, qui in suis infirmitatibus gloriatur, qui & plus omnibus suis coapostolis laboravit. Illum inquam, verum athletam Christi doctum ab illo, vincum de illo, crucifixum cum illo, gloriosum in illo, in teatro hujus mundi cui spectaculum factus est, & Angelis, & hominibus, legitime magno agone certantem, & palmam supernæ vocationis in anteriora se tantem oculo fidei libentissimè spectantem, speculatum gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Aug. 1. 14. de Civ. Dei, c. 6.

EXEMPLA HISTORICA.
A AGESTIUS legatus ad regem Macedonem ablegans quassitum, pacatam an hostilem terram transtritus esset, is cum respondisset, deliberare se velle i Deliberet ergo, inquit, nos interim transgrediemur. Cujus admiratus, & pavens ex audaciam pacatis petivit, ut progredere. *Plut. in Appob.*
 Post bella Philippica caput palpitabunda erigebat Græcia, excutiebant ab armis Athenæ pulverem Chæronicum, ex clade affurgentes, jungebant se cis Thebæ manus porrigentes, rota male cogitans Macedonia ad Amyntam, & Ætiosi filios spectabat, irruerunt Illyrii, Scythæ novationibus finitimis erecti erant, aurum Perlicum ubique per concionatores mans impellebat Peloponnesum: inania Philippi æria, immo ære alieno mersa, ut tradit Onofricus, ducentorum talentorum. Tantis in angustiis, & rebus turbulentis Alexander adolefcent, modo ex pueris excedens, Babylonem ausus est, & Sulā sperare, atque ad imperium orbis terre sibi spondere, triginta millibus pedum, quatuor equitum fretus. Hunc enim numerum Aristobolus tradit: rex Ptolomæus triginta millium pedum, quinque equitum: Anaximenes quadraginta trium millium pedum, quinque millium quingentorum equitum. Præclarum verò ei, & amplum paraverat fortuna viaticum septuaginta talenta, ut est Aristobolus auctor: ut Duris, triginta modò dierum commeatum. *Plut. oratione 1. de Alexandri fortuna.*

Idem cum de summa esset apud Arbela decretus adversus copias decies centena millia, adierunt eum amici, qui detulerunt, in tentoriis milites jacere, atque inter se constituere, ne quid de manubiis in ætium regum reportaretur, sed omnia ipsi in prædam verterent: illis artidens, Faustum nuncium, inquit, adfersis: nam sermones audio virorum, qui vincere non fugere moliantur. Ac frequentes milites obtulerunt se ei, qui dixerunt: bono animo es, rex, neque hostium numerum trepida ipsum hircum non ferent nostrum. *Plut. in Appob.*
 P. Scipio Major transmissis legionibus terra est potius, atque castra hostium incendit: Carthagines missis legatis pacem his legibus patrarunt, ut elephas & naves traderent, hinc quid penderent populo Romano. At deportatis ab Annibale ex Italia copiis, pœnitit eos ex fiducia foederis. Quod ubi intellexit Scipio ostendisse, nec si euperent, statum ubi pactis: nisi insuper quod accersivissent Annibalem, quinque millia talentorum penderent. *Plut. in Appob.*

Idem oblidens oppidum cavo loco positum, ex quo delubrum Venetis eminebat, ibi jussit, ut ipsones facerent prostriduum in sano Venetis aditurum se discerentes, atque id, potius urbe, sicut prædixerat, fecit. *Plut. in Appob.*
 C. Jul. Cæsar ut Brundisio Pompejum persequens pridie Non. Januarii solvit, circa solstitium brumale pelagus incolumis transivit, inhihente hyemem fortuna. Cum Pompejum offensus ingentibus viribus terrestribus, & navaliibus succinctum, atque cum omnibus copiis stativis sedentem: haberet autem ipse secum manum admodum exiguam (quod legiones, quas Antonius, & Sabinus ducebat, morarentur) non dubitavit minutum acatium conscendere, imprudentibusque naviculario, & gubernatore familiari habitu navigare. Ut graviter undis fluxu obluantæ æstu, atque furentes volente fluxu immutantem vidit gubernatorem cursum, ibi destracta a facie veste, qui esset, aperiens: Perge, quæso, inquit, noli dubitare, vel quidquam timere: Cæsarem venis, & Cæsaris fortuna. *Plut. in Reg. fortuna.*

* Stephanus Bavarie Dux dicere solebat, Nullum Bojum esse, cui non audeat vitam suam credere, atque in ejus sinu nudus, & inermis dormire. *H. Henings in Genealog.*

Confirmatio.

Ut est II. Sacramentum novæ Legis.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Dicitur Sacramentum hoc Confirmatio ab Ecclesia Catholica, jam à tempore Apostolorum; idque à firmitate, viribus, & velut armis, quibus Christianum ceu militem ad bellum spirituale pro fide instruit, & ad persecutiones pro ea foriter tolerandas excitat. Ita *Euseb. Emis. hom. de Pentecoste.* Fine apud Belgas vulgari nomine *Uoom* appellatur, quasi robur addat adversus errores quoscumque, & baptizatum velut corroborat in iis adimplendis, quæ in baptismo promissit. Definitur autem, quod sit Sacramentum novæ Legis ab aliis distinctum, quod baptizatis ab Episcopo confertur per

unctionem Chrismatis, sub certa verborum forma, ad gratiam & robur S. Spiritus obtinendum.

APPELLATIONES VARIÆ.

Non modò hoc Sacramentum à veteribus communi appellatione Confirmatio vocatur, ob rationem allegatam: sed insuper dicitur Sacramentum manuum impositionis, eo quod hæc cæremonia ab Apostolis fuerit exhibitum; & ita communiter intelligitur illum locum *Act. c. 8.* Tunc imponebat manus super illos, &c. nempe quos in Samaria baptizatos reperiebant, Petrus, & Joannes. Ita Glossa ordinaria, Lyranus, Beda, Hugo, & alij in eum locum. Etiam à veteribus nonnunquam signaculum, sive consignatio dicitur. Colligitur hoc ex veteri inscriptione non ita pridem inventa Spoleti, ubi ita legitur. D.P. Pientiz legitimæ Neophytæ die 5. Kal. Septemb. consignatæ à Liberio Papa, qui floruit anno 366. ubi per consignationem *Cardin. Baronius* affirmat debere intelligi Sacramentum Confirmationis, utpote in quo velut consignatur ad pugnam spirituales incedendum. Sic enim ille etiam vocat *Cyprian. Epist. 37.*

Vocatur etiam Sacramentum Chrismatis, idque à materia, & unctione S. Chrismatis ab Episcopo benedicti, de quo infra. Dicitur quoque à plerisque veteribus *Chrismatis*, hoc est, confirmatio, eo quod sine illo, ut loquuntur Patres & Concilia, non finis pleni, & perfecti Christiani, ac ne nomen quidem Christiani quod à Chrismate deducitur, mereri videatur. *Jo. Lorin. in c. 8. Añ. Et ita illud vocat Orb. P. in Epist. suadentel.*

PROMISSIO.

Petrus Apostolus ad populum verba faciens, postquam die Pentecostes accepit Spiritum S. eundem etiam populo promissit, si modò crederent, & baptizarentur. Allegat autem in promissis sui confirmationem Johalem Prophetam, qui prædixerat, donum illud effundendum super omnem carnem. Nusquam verò scriptura meminit alterius mediij, aut signi sensibilibus, quo donum Spiritus S. daretur, præterquam impositionis manuum cum oratione ad Deum. *Act. c. 2. Joheles c. 2. vers. 28.* Christus ipse apud Joannem promittit se missurum Paracletum, id est, consolatorem, qui in omni tribulatione nos laetetur, & ad omnia ad verba foriter sustinenda muniret. *Jo. c. 14. Cap. verò 15. ibidem, eundem Spiritum discipulis promittit hoc fine, ut eos reddat intrepidos in testificatione veritatis.*

Insuper se missurum Spiritum Paracletum ait, ut arguat mundum de peccato, de justitia, & de judicio: hoc est ut præstet robur Apostolis ad arguendam infidelitatem hominum, & annunciandam Christi Salvatoris justitiam, cumque judicaturum Principem hujus mundi Dæmonem: Immodò jam judicatum per Christum. *Ibid. c. 16.*

Denique apud *Lucam* Epist. injunxerat; Sedete in civitate, donec induamini virtute ex alto. *c. ult. & Act. c. 1.* Accipite virtutem supereminens Spiritus S. in vos, & eritis mihi testes &c. Ecce promissionem gratiæ amplioris hominibus jam baptizatis, & justis factam, qua fortiores in confessione fidei redderentur, qui est proprie effectus hujus Sacramenti.

Et Apostolus *Paulus* promissionis impletæ meminit, quando Corinthiis scribens, dicit: Qui confirmat vos nobiscum in Christo, & qui unxit nos Deus, qui & signavit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. Ita exponit. *Theodor. & Anselmus 2. Corinth. c. 1.*

INSTITUTIO, ET USUS.

Sacramentum Confirmationis immediate à Christo, cui soli competit per signum sensibile dare insallibiliter gratiam Spiritus S. institutum fuit, non quidem ex tempore vite ipsius, sed postea in usu esset, Evangelio suo, & baptismo promulgato.

Itaque quoad substantiam in nocte Coenæ institutum fuit, cum toties Spiritum suum promissit, & novum Testamentum condidit. *Fabian. Pontifex Epist. 2. post initium, Christum eodem tempore Chrismatis confessionem Apostolos docuisse asserit.*

Qui proinde Apostoli, statim hoc Sacramentum prout edoceri fuerant, baptizatis contulerunt per impositionem manuum, & cæremonia requisitas. Quamvis ut bene *D. Thom. ex singulari Dei instinctu* nonnunquam effectum hujus Sacramenti tradiderint, sine sensibili materia Sacramentali. Quotiescunque tamen per manus impositionem Spiritum S. dedisse leguntur, id nunquam nisi adhibitis Sacramento huic essentialibus fecisse, ac debitam materiam, & formam adhibuisse, omnino probabile est. Unde cum *Lucas* in *Act. Apost.* solus meminit manus impositionis, totum ritum compendio perstrinxit. *Act. 18. & 19.*

Cum itaque audissent Apostoli, qui erant Jerosolymis, quod acc-

accepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum, & Joannem. Qui cum venissent, oraverunt pro ipsis, ut acciperent Spiritum S. nempe in signo, ac dono sensibili: quo quot enim sine fessione erant baptizati, acceperant Spiritum sanctificantem. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum S. Quam quidem manus impositionem non aliam fuisse quam confirmatoriam, adeoque hujus Sacramenti exhibitionem omnes communiter Catholici scriptores affirmant. *Act. c. 8.*

Cum Paulus venisset Ephesum, & invenisset quosdam discipulos, qui Joannis Baptismate fuerant baptizati, eosdem baptizavit in nomine Domini Jesu, & cum imposuisset illis manus, venit Spiritus sanctus super eos. *Act. c. 19.*

Hinc & Simon Magus cum vidisset, quia per impositionem manuum dabatur Spiritus S. obtulit Apostolis pecuniam, ut & eandem facultatem accipere posset. Unde constat, familiarum Apostolis fuisse hunc ritum. *Act. c. 8. vers. 20.*

Et quidem cum illa manu impositione adhibita fuisse hujus Sacramenti essentialia, atque sub illa hæc etiam intelligenda probati esset ex superiore testimonio Apostoli. 2. ad *Cor. c. 1.*

Atque ante omne omnino Concilium, post tempora Apostolorum celebratum, constat, Sacramentum hoc appellari Sacramentum unctionis, sive Chrismatis ab Antiquissimis Patribus: qui tamen simul conjungunt manus impositionem, nec est, qui dicat successisse huic postea Chrismate, vel unctionem. *Vide Card. Bellarm. de hoc Sacramento.*

Meminerunt hujus *Clemens Rom. constit. 1. 3. c. 10. 16. 17. Cornelius P. & Martyr. Epistola ad Fabium Antiochenum.* Ut referret *Euseb. lib. 6. hist. c. 33.*

Melchisedes Pont. interrogatus ab Episcopis Hispaniæ, utrum Confirmatio majus Sacramentum foret baptismo? Respondit: Scito, utrumque magnam esse Sacramentum. *Epist. ad eosd. Episc. Hispan.*

Innocentius I. *Epist. 2. ad Decentium,* distinguit expressè inter unctionem Chrismatis, que fit à presbyteris in baptismo, ab ea, quam Episcopi faciunt, & per quam datur Spiritus sanctus, estque Sacramentum. Hujus Sacramenti mentionem faciunt *Concil. Elibertin. can. 38. Arelatense 1. sub Sylvestro. can. 8.* Quod jubet hæreticis ad Ecclesiam redeuntibus, si baptizati fuerint, manus imponi ab Episcopo.

Vide plura apud *Robert. Bellarm. lib. 2. de Sacram. cap. 4. de Confirmat. Ex Patribus,* tam Græci, quam Latini, meminerunt hujus Sacramenti, paucos ex utraque classe prodicimus. *Dionysius Areopagita* Apostolorum contemporaneus, *1. de Eccl. Hierarch. c. 2. p. 2.* ita habet: Baptizatum indutum alba veste ad Pontificem ducunt: in illo divino, ac Deifico profluvio unguento virum signat. Similia habet *p. 3. c. 4.*

Tempore *Clementis Alexandrini* juvenis quidam erat, cuius curam, & tutelam S. Joannes Apostolus crediderat Episcopo recens creato. Qui cum, inquit, Clemens, illum inivit Baptismi Sacramento: postea vero sigillo Domini tanquam perfecta, & tuta ejus animi custodia obsignavit. Ubi loquitur de Sacramento hoc, quod est velut pignus Domini frontis impressum. *Euseb. lib. 3. hist. cap. 17.*

De S. Basilio legitur, quod ab Episcopo Maximo baptizatus fuerit, sanctoque Chrismate unctus. *Ambros. in vita S. Basilii.*

Tertull. totum Sacramentum hujus ritum brevissimè complexus est, dum *1. de resurrexione carnis* ita scribit: Caro ungitur, ut anima consecratur: caro signatur, ut anima muniaur: Caro manus impositione adunbatur, ut anima Spiritu illuminetur.

Cyprianus vero 1. Epist. ult. Ungi necesse est eum, qui baptizatus est, ut accipere Chrismate esse unctus Dei, & habere in se Christi gratiam possit.

Prudentius celebris, & Christianus Poeta, in *Lygdamis* descrebens pugnam luxuriæ & sobrietatis, ita canit: *Post inscripta oleo frontis signacula, per que Unguentum regale datum est, & Chrismata perenne.*

Idem tenent *Ambrosius 1. 3. de Sacram. cap. 2. Aug. 1. 5. de Trin. c. 26.* Accedit consensus Ecclesie universæ, quæ semper hoc Sacramentum baptizatis administrari præcepit.

Unde de suo tempore *B. Aug. de divers. serm. 33.* verba faciens de quodam in numerum ministrorum Ecclesie adictorum; Continuo ait, tulit illum ad presbyteros, baptizatus est, sanctificatus est, unctus est, imposita est ei manus, &c. *L. B. Thetr. vite Hum. Tom. 11.*

Et *Prudentius* supra allegatus de Juliano Imp. scribens, in Apotheosi in hunc modum cecinit.

Ipse quoque exanimis postico diademate Princeps Pallet, & adstantes circumspicit: equis alumnus Chrismatis inscripto signaret tempora signo, Qui Zoroastros turbaret fronte fuluros.

Hoc idè, quò Christianum frontem Chrismate illius, dæmoni esset terrori, ut inde abire cogereur. *Vide infra Tit. de Materia hujus Sacram.*

De se ipso *Cyrril. Hierosol.* confitetur, quod postquam ex aquis sacri Lavacri ascenderat, datum sit ei Chrismata, quod imaginem gerit ejus, qui unctus est Christus. *Orat. in S. Chrismata.*

Liberium Pontificem circa ann. 360. Pientiam quandam Neophytam confirmasse, paulò antè ex tumuli ejusdem inscriptione, quam annotavit *Card. Baronius,* probatum est.

Cum D. Maurilius Andegavenfis Episcopus post acceptam Episcopii dignitatem in B. Petri Basilica sanctam celebraret solennitatem, advenit, cum puero moriente matrona, cui quondam sterili eundem, ut naleretur, ante Episcopatum apud Dominum suis meritis obtinuerat, postulans ut filio suo, quem Domino habendum obtulerat, manuum suarum impositione Spiritum S. daret, antequam obiret. Sed remorante in sancta corporis, & sanguinis Christi consecratione paululum præstole, puer excessit. Expleto autem sanctæ solennitatis mysterio, & obitu pueri, qui absque Chrismatis dono excesserat, percongnito, totum id fuz destrudini deputavit, lacrymis multo tempore irremediabilibus suæ culpam lugens inobedienciæ: Cui cum nec ista fuisset, diu multumque quid ageret secum animo colluctante, tandem reperit, quod inter concives tanta negligentia piaculum plene expiari nequiret, nisi singularis elapsus patriam, civeque relinqueret. Tali igitur reperto consilio, occultè semetipsum exinde eripuit, ex sanctorum reliquiis, quibus Ecclesia Andegavenfis decorabatur, secum claves deportans. Cum autem pervenisset ad mare, divina providentia, qui manebat in littore diem transitus sui exaravit in lapide: illoque ascensa puppi, inchoati itineris cepit maturator existere, cumque processisset in altum, & quare claves reliquiarum secum dederit, cogitare insidiante humani generis inimico, ut dolorem sancto viro super dolorem imponeret, repente claves de manibus elapsæ submergantur in æquore. Tunc cum lacrymis id ferret exclamasse Maurilius, quod postea probavit eventus: Nisi has iterùm, inquit, claves videre memero, patriam, urbemque nunquam repetam, quæ effugio.

Transiit igitur mari, quò quis esset, abscondere potuisset, mutato habitu, uni regionis principum adhæsit, professus se hortulanum, ut corpus assiduo labore castigaret. Qui cum tali proficeret ministerio, tantam copiam ejus meritis Dominus olentibus dabat, ut omnibus quibuscunque necesse fuerat, ex eisdem sufficienter ministraret, & tamen olera nunquam deficerent. Unde per pluribus placebat, & bene ab omnibus amabatur. Interea plebs Andegavenfis oculis tibi quondam commisso viduata pastore, crebris cepit visionibus admoneri, & portentis terreti, ut Anticristum suum requirerent, ni mallent imminens urbi excidium præstolari. Itaque nimio pavore percussis, habito semel, iterumque consilio, quatuor eligunt insigni virtute, ac fide viros, qui sumptibus ex voto collatis, & rebus necessariis ad itineris labores optimè instructi, Anticristum indagarent, nec nisi eo invento ad propria redirent. Igitur urbes, oppidaque, & vicos omnes percurrunt, omnique fere lustrata Europa, septimo tandem anno, irrito conatu, in partes Galliarum revertentes, divino ductu, ad portum maris Oceani, qui in Britannia minor est, pervenerunt. Ubi in littore morantes hoc scriptum in silice invenit: Hic transit Maurilius Andegavorum Episcopus. De tam evidenti alacres facti iudicio, concessa navi transportum abire securi. Cuique in medio mari tranquille navigarent, ecce repente emerit è gurgite piscis immanis profluit in navim. Quo exenterato, reliquiarum claves de manibus viri sancti in mare delapsas in jecore piscis reperunt, quibus tandem agnitis ingenti stupore defixi metuant, ne cum ipsis vir sanctus naufragium passus marinis bellus elca cesserit. Demissis igitur de navi ancoris, consilium inveniunt, an eo testimonio contenti domum redire, an verò ceptum iter profsequi debeant. Verum enim verò nocte sequenti omnes pariter cœlesti visione admoniti sunt, ut omisso inani timore, confidenter pergerent, & ceptis felicibus Anticristum in patriam reducerent. Ea visione miracè roborati iter profsequuntur, Angeloque ductore ad ædes Principis, cui vir sanctus deserviebat, perveniunt. Ingressi, illico Maurilius, ut cum ceteris principibus uti consueverat, præsto esset, in clamari audiunt. Illi verò eo nomine protinus excitati, oculorum aciem

aciem in omnes partes dirigunt : nec mora, Maurilium cum A oleribus accurrentem conspicimus . Ibitum gaudio, & admiratione confixi, confestim illius pedibus prostrati, magno cum fleu rogant, ut propriis Ecclesie, ac civitati subveniat . Ipse vero itupore pariter defixus, cum se negare non posset, cum lachrymis regnare cepit, asserens se, & voto, & iuramento confictum, ne unquam rediret in patriam, nisi submersas in mari claves videre mereretur . Tum illi statim eas exponentes, cuncta, quae in mari viderant, & passim erant, ex ordine referunt . Statim fama haec pervolat, ipsumque sollicitat regem . Mirantur cuncti, & quem ut hortulanum habuerunt, nunc ut praefulem dignissimum venerantes adorant . Episcopus ergo tot fatigatum precibus, & miraculis victus, statuit quidem patriam repetere, ita tamen, ut tota illa nocte vigiliis, & orationibus mentem Domini attentius consulere, & ejus opem implorare posset . Ecce autem nocte concubia, longo festus pervigilio, cum leni torpore oppressus jaceret, vidit Angelum sibi dicentem : Surge, Maurili, & populorum te requiritur exequere votum : Nam, & tuis precibus commissa tibi Dominus servavit oves, & insuper reddidit puerum, quem diutius plorans quaesisti, quid multis ? Mane reddito, concurrunt tibi Dominus undique populis, magno cum honore ad navim deducitur, nec minori gloria a patria propria excipitur, &c. *Ex Venantio Fortunato in vita ejus apud Sarium Tom. 5.*

Divus Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus ad S. Bertinum veniens, magna plebis, Clericorum, ac monachorum alacritate susceptus est, & per quinque dies ibi detentus, inter alia rogatus amorum, & Canonicorum altare unum apud S. Audomarum consecravit . Quo facto venerunt ad eum honorati quidam de indigenis viri, flexis genibus obsecrantes, quatenus filios eorum per impositionem manus suae sacri Chrismati unctione signaret . Ad quod mox ita respondit : Et hos, pro quibus petitis, libens in hac causa suscipiam : & alios hoc Sacramento egentes, si praesto fuerint, non abiiciam . Qua illi facilitate responsi benignitatem viri admirantes magnifice latati sunt, & gratias egerunt, confirmatique pueris, illico totam urbem his, quae ab eis ore acceperant, impleverunt . Videre ergo viros ac mulieres, magnos ac parvos e domibus ruerere, certatimque currendo ad nostrum hospitium praedicti gratia sacramenti properare : plures siquidem anni apud eos transierant, in quibus nullus Episcoporum illic fuerat tali officio passus occupari . *D. Aurotus in Catech. biff. ex Sario.*

Joannes Boemorum Rex Venceslaus filium in Galliam ad Regem Carolum, suum ex forore Maria nepotem, anno aetatis septimo misit, ut a pueris statim Gallicis moribus imbueretur . Carolus approbata indole cognati pueri, confirmari illum a Praefule ritu solenni, ac nomen suum ferre iussit, ergaque illum eo modo affectus fuit, quo pater erga filium . *Dubrav. l. 2. biff. Bohem.*

Cum Aloysius Episcopus Japoniae Nangasackum venisset, illius gentis pietatem auxit mirifice, qui vitae innocentiae, & caeremoniis Pontificiis, quas statim diebus magna cum celebritate peregit, magnam Christianae Religionis apud Tyrones illos auctoritatem attulit . Confirmationis Sacramentum acceperrunt tum Christiani 8000. numero ; quibus est explicata Sacramenti necessitas cum utilitate quae ab eo manat, & iis, quae homini Christiano sunt necessaria, ut ex ejus perceptione uberes fructus capiantur . Hinc factum, ut Japonii tanto cum pietatis sensu hoc Sacramentum adierint, ut Reverendissimus Episcopus non vulgaris admiratione afficeretur . Sapius namque dixit, se cum in Lusitania, tum in India, & Cina, Christianos sacro Chrismate confirmasse ; & at nusquam reperisse gentem, quae tantam praeseferat pietatem, quam in Japoniis deprehendat . *D. Aurotus tom. 3. Catech. biff. c. 5.*

SACRAMENTI HUIUS OPPUGNATORES.

Inter omnia Haeresum monstra, quae antiquitus adversus Ecclesiam cristas exeruerunt, invenimus Novatianos, qui baptizatos Chrismate non ungebant . Ea certe ex causa, quod eorum author, & antesignanus a Cornelio Papa notatus esset, quod in lecto baptizatus, necdum Chrismati signaculum ab Episcopo accepisset, & nihilominus voluerit fieri Episcopus . *Theod. l. 3. haeret. fab. de Novato, Euseb. l. 6. biff. c. 33.*

Ceteri autem eadem Ecclesiae charismata aemulati leguntur, ut inter alios de Valentiniensis licet perditissimis Haereticis tradit *Trenaus. l. 1. c. 18.* quod scilicet opobalsamo ungerent baptizatum .

Donatistas tamen in S. Chrisma fuisse contumeliosos, uti etiam Arianos, aliosque haereticos, ex eo colligitur, quod ad

Ecclesiam redeuntis juberentur ungi S. Chrismate .

Waldenses haeretici huic etiam Sacramento injuriam extiterunt, teste *Aenea Sylvio in biff. Bohemica c. 35.* *Joannes Voicless.* hoc Sacramentum quibundam videri a Damone introductum scribit, neque eorum calumniam reprehendit . *Lib. Trialog. 14.*

Lutherus contendit Confirmationem esse dumtaxat Catechisticam institutionem puerorum baptizatorum . *Lib. de capt. Babyl. Idem sentit Zuvinglius, lib. de vera, & falsa religione, cap. de aliis Sacram.*

Joannes Calvinus etiam illud negat pluribus locis, & tanquam rem veteribus incognitam explodit . *In Antidoto Conc. Sess. 8. can. 2. 3. l. 4. Infruct. c. 19. S. 10. 19. 11.*

MATERIA SACRAMENTI CONFIRMATIONIS.

Materia necessaria ad substantiam hujus Sacramenti est, Chrisma, id est, oleum balsamo mixtum, ab Episcopo consecratum . Constat ex *Conc. Florent. infruct. Armenor. Et Trid. Sess. 3. can. 2. Et D. Paulo 2. Corinth. c. 1.* Qui confirmat nos Deus, & ungit nos, &c.

D. Cyrillus, vel quicumque est Author *lib. de unctione Chrismati*, dicit : hodie in Ecclesia sacrum Chrisma conficitur, in quo mixtum oleo balsamum, Sacerdotalis, & regiae gloriae exprimit unitatem .

Accedit quod supra ex *Prudentio* adductum fuit, quod tempore Imp. Juliani evenisse *Baron. tom. 1. Annal. scribit* . Hic cum victimarum intestina inspiceret, & inde per artes responsa Daemonum quaereret, nihil efficere potuit, eo quod Demones timerent praesentiam adflescentis, qui fors aderat, qui & baptismo lotus, & Chrismate in fronte erat delibutus .

Innocentius III. cap. Passoralis, extra de Sacram. non iterandis, refert, quando suo tempore per errorem unctum simplici oleo benedictum, non autem unguento ex oleo, & balsamo, ut erat consuetudo ; sive Chrismate . Agnoscebat ergo usum Chrismati, quod distinguit a simplici oleo propter alterius liquoris admixtionem . Unde desuper consultus Pontifex, an scilicet Confirmatio esset iteranda ? Respondit cautè suppleendum, quod incautè fuerat praetermissum .

Consecrationem autem Chrismati, quae fit ab Episcopo in Ecclesia, tribuit *Clem. Rom. Apostolis, lib. 7. constit. Apost. c. 42. 19. 44.* Idem docet *Fabianus Pp. & Martyr*, qui addit, G singulianensis Fera Via in Coena Domini consecrari debere . *Epist. 2. supra annotata.*

Concilium Nizemum can. LXIX. secundum verbum Arabicum nuper in Latium versum, expressis verbis mentionem facit Chrismati, & consecrationis ejusdem .

Et *Concil. Rom. sub Sylvestri*, in huiusmodi Presbyteris Chrisma conficere, quia id ad munus Episcopii pertinet . Idem fit in *Concil. I. & II. Carthagin.*

Concilium IV. Carthagin. can. 36. jubet Parochis, ut per seipsos, non per Clericos juniores petant Chrisma quotannis circa Pascha, ab Episcopo proprio . Ubi videtur et reverentiam, quam Concilium detulit Chrismati .

Idem docuerunt Concilia postiora diversis mundi Regionibus celebrata : quae summarè recensentur apud *Cardin. Bellarm. l. 2. de hoc Sac.*

MIRACULA CIRCA MATERIAM.

Inter alia nefanda Donatistarum flagitia de subversis altaribus, de stupratis castimonialibus, Eucharistiae contumelia, &c. narrat *D. Optatus Milevitanus, l. 2. de schism. Donatistarum*, Urbanum Formensem, & Felicem Idicrensem Donatistarum Episcopos sacrum Chrisma impie violasse in Mauritania . Ampullam enim per fenestram, ut frangerent, jactaverunt, & cum casum adjuvaret abiectione, non desuit manus angelica, quae ampullam spiritali subjectione deduceret : projecta casum sentire potuit ; Deo muniente illa intra sexa confedit . *Optat. Milevit. l. 2. contra Donatist. Tim. Bredemb. l. 1. coll. Sar. c. 23.*

Clericus quidam S. Ethelvuoldi Wintoniensis Episcopi, cui erat facti Chrismati cura demandata, minus accepit olei, quam res potere videbatur ; atque illum ipsum in itinere amiserat . Episcopo vero paucos confirmare volente, nec habente Clerico ampullam sacri olei, turbatus & anxius repetit iter : quod venerat, & huc, illucque oculos accuratè advertens reperit ampullam in via pendentem, oleo plenam, cum paulo ante nec media sui parte plena fuisset . Ea igitur accepta cum timore, & gaudio reverens est . *Vviltanus Wintoniens. Monach. cap. 11. in vita apud Sarium tom. 4. 1. Augusti.*

EFFECTUS SPIRITUALIS, ET CORPORALIS.

Exempla effectus Spiritualis.

EXEMPLA S. SCRIPTURAE.

Actorum cap. 4. scribitur : Cum audissent Apostoli, qui erant Hierosolymis, quod recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum, & Joannem . Qui cum venissent, oraverunt pro ipsis, ut acciperent Spiritum sanctum : nondum enim in quenquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Jesu . Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant spiritum sanctum .

Mirabilem hujus Sacramenti virtutem ostendit Paulus, qui manuum impositione Spiritum S. & prophetici spiritus, linguarumque dignitatem duodecim viris contulit . Advenientes quippe Ephesum invenit quosdam discipulos, qui solum Joannis baptismum susceperant : a quibus cum quaesisset, an spiritum sanctum accepissent credentes, illicque respondissent se nec si Spiritus sanctus esset audivisset ; iussit eos in Christi nomine baptizari . Cumque post baptismum manus illis imposuisset, venit Spiritus sanctus super eos, & loquebantur linguis, & prophetabant . Quid mirabilis, quam haec tanta caelestium donorum effusio tam facili negotio exhibita ? *Ibidem cap. 19.*

HISTORICA.

Magna est dignitas nominis Christiani, si illa, quae confiteatur fide, opere prosequatur : Nam sicut ait Apostolus, fides sine operibus mortua est in semetipsa . Sicut enim filios Abraham non carnalis natiuitas, sed fides facit : Ita & Christianos veros non solum nominis gratia, sed opera praestat . Per hoc enim nomen illuminantur tenebrae, serpentes fugiunt, idola prosternuntur, cessat Ariolus, tabesceat fortilegus, cultores demonum propellantur, sicut *Prudentius in libro contra Judaeos* meminit . Quod procedens Imperator ad immolationem fatidam demonum, adoratis diis, atque coram singulis prostratus, expectabat sacerdotes simulacrum mactantes turbas pecudum, quorum frons revincta lauro secutibus exedebatur . Cumque senex cruentis manibus intermorum traheret viscenum partes, jecinoris fibras, atque inter praecordia, & extra animalium investigare aliquid tentaret divinum, turbata omnia cernit, nec ea quae cupiebat scire poterat certus agnoscere . G

Exclamavit turbatus, & ait : Heu, heu, nescio, quid hic agitur, quod diis nostris contrarium esse putatur : video enim Deos nostros a longe discedere ; nec de preparatis sacrificiis aliqua praebare . Est hic, ut res ipsa docet, de officii quorundam Deorum, qui nobis ad veritari sunt soliti . Et mirum, si ad huc fugam non aliqui de cultoribus Dei Christi, quem Crucifixum adserunt, Deos nostros impellant : turibula thymiamatis refrigerant, arae tepescit ignis : & ipsum quoque ferrum in seipsum victimis hebetari conspiciunt : require nunc, sacrificium Auguste, quis ad iter ablutus, balsamo unctus, & abscedat protinus, ut accedant dii, quos invocamus . Et haec dicens, ac si ipsum cerneret his Christum ultorem, prociens ad terram exanimis, offensa proclamavit numina . Tunc & ipse Imperator deposito diademate, ait : Quis est hic numinibus nostris contrarius, ac religionis Christianae focus, qui frontem Chrismati inscriptione signatam ferat, lignumque crucis adoret ? ne moretur edicere . Tunc unus de armigeris Augusti in medio positus, projecit arma solo, & ait : ego sum cuius Deus Christus est, & qui ejus baptismo ablutus, & cruce redemptus sum, H qui semper ejus nomen invocabam, dum sacerdotes vestri demoniis haec quaesita apposita, consecrarent . Eius nomen fugiunt dii vestri, nec possunt in loco isto stare, ubi tanta majestatis nomen fuerit invocatum . Haec dicente puero, obstupescit imperator tremens, reliquit templum demoniorum, tanquam omnes adstantes Dei timor accendit, ut nullus Augustum ad palatium sequeretur, sed cuncti erectis ad caelum palmis, & oculis, Dominum Christum uno ore, uno consensu laudabant, atque ut eisdem adjutor existerent, voce simplici invocabant . *Greg. Turon. de glor. Martyr. 5. 41.*

Simile huic refert *Lactantius Firmianus lib. 4. de vera sapientia*, a multis Imperatoribus ideo Christianos variis supplicis cruciatus, quod cum forent uncti, ac frontem signatam gererent, in causa essent, ne demones responsa darent, & in extis nulla signa apparerent . Eius autem verba sunt haec : Cum diis, inquit, suis immolant, si aliquid aliquis signatam frontem gerens, sacra nullo modo litant : nec responsa potest consultus reddere .

reddere vates. Et hanc sepe causa praecipua iustitiam perfe-

De Bubulo caeco venerabilis Bonifacius quondam Lau-

EXEMPLA EFFECTUS COR-

S. Rembertus II. Bremensis Ecclesiae Archiepiscopus, qui

Quodam Paschali tempore cum sacro Chrismate populum

S. Malchus D. Bernardi praepceptor, e Monasterio Winton-

NEGLECTAE CONFIRMATIONIS

Cum Novatus ab exorcistis de fide instrueretur, morbo

D CEREMONIAE CONFIRMATIONIS.

Primum Chrisma ab Episcopo benedicitur Feria V. in

II. Praeter Ceremoniam unguendi, & signandi frontem cruce

III. Imponitur Confirmatio manus ab Episcopo, & variae

IV. Confirmans, & confirmandus olim jejuni accedebant,

non semper observatur; quia plerisque locis Confirmatio a

VI. Ligatur frons Confirmati ob reverentiam Chrismatis

VI. Soares scribit alicubi moris esse, ut confirmatus statim

* CONFIRMATIO.

Uti est idem quod COMPROBATIO. FACTA

Quae Titulum de Defensione. Ubi de Innocentii

* AUCTORITATE.

Christus Dei filius Judaeis impie negantibus, cum esse

Ulysses milites tumultuantes compescuit: item Dionysius

Nihil autem esse, quod non textus aliquo Juris valeat com-

Prout autem esse, quod non textus aliquo Juris valeat com-

Prout autem esse, quod non textus aliquo Juris valeat com-

Confutatio.

* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

CONFUTATIO proprie est rejectio, sive dissolutio ante dispo-

QUI QUOS CONFUTARUNT.

Solent Stoici, qui finem boni humani in ipsa virtute consti-

CONGRATULARI SIBI-IPSE.

CONGRATULARI SIBI-IPSE.

CONGRATULARI SIBI-IPSE.

CONGRATULARI SIBI-IPSE.

CONGRATULARI SIBI-IPSE.

CONGRATULARI SIBI-IPSE.

CONGRATULARI SIBI-IPSE.

CONGRATULARI SIBI-IPSE.

CONGRATULARI SIBI-IPSE.

CONGRATULARI SIBI-IPSE.

CONGRATULARI SIBI-IPSE.

CONGRATULARI SIBI-IPSE.

CONGRATULARI SIBI-IPSE.

CONGRATULARI SIBI-IPSE.

CONGRATULARI SIBI-IPSE.

CONGRATULARI SIBI-IPSE.

animo evectus, somnium tota nocte non vidit: quod de

Augustus Caes. gratulatus est sibi ipsi, LXIII. vitae anno,

Alarico Gothorum Rege in Italiam irrumpente, cum Ro-

CONGAUDERE, CONGRATULARI

ALIIS.

Sub loco Popularitatis habitus ipse considerabitur.

QUOMODO.

Congratulationis signa sunt cum hoc viva, tum Comple-

CUR. OB

Sanitatem.

Berodach Babyloniae Rex legatos misit cum muneribus ad

Barbaris quibusdam circa Caucasum habitantibus tradunt

Natum lugere, propter ea, in qua venit, mala.

Antias piscis facer circa Pamphiliam subinde conspicitur.

NON CONGRATULARI, NON

CONGAUDERE.

Ex Loco Invidiae, & Emulationis huc quaedam. Illic do-

Conjugium.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Conjugium est conjunctio maritalis viri, & foeminae, in-

AMICITIA CONJUGALIS INITA

INTER QUOS.

Abraham jam senex, servum suum senioem juramento ob-

licet: id quod & factum est. Nam Rebecca filia Bathuelis A (quam ex Melca Nachor frater Abraham sustulerat) illi conjugio juncta fuit. Gen. 21.

VIRTUTIS.

Themistocles Atheniensis interroganti amico: Honesto inopi, an diviti inopia, unicam Filiam in matrimonium daret? Virum sine pecunia, quam pecuniam sine viro se male, respondit: Virtutem in homine specandam potius, quam fortunam, significans. Plut. in Themistocle.

PUDICITIAE DUCTAE. Concubinae.

ROBERTUS II. Scotorum Rex, etiam num privatus ex Elisabetha filia Ade Muir equitis auratis tres filios suscepit, Joannem, Robertum & Alexandrum, duaque filias. Post in uxorem duxit Euphemiam Comitissae Rossensis filiam, quae cum rege coronata est: & ex ea Valterem, Davidem, & Euphemiam suscepit. Mortua Euphemia Elisabetham uxorem duxit: ut quos ex ea liberos suscepit, legitimis redderet. C. Boet. lib. 16.

B ALFONSUS Ateftinus, Dux Ferrariefis, duos mares ex Laura concubina sustulit. Hanc enim abrupto cœliatu, qui sibi ad dandum liberis operam aequè prono, & valido noxius erat, & molestus, à non invito patre plebejo opifice virginem acceperat, vel ob id præcipue, quod neque decorum, neque tutum sibi judicabat honestas civium familias stupris, ac adulteriis decorare. Verum eam demum probis, pudicisque moribus, & statæ formæ dignitate ad genium respondentem, & à felici fecunditate commendatam legitimæ uxoris loco habuit, & geminos ex ea filios de nomine suo Alfonsos appellavit. Jov. in Alfonso.

Meretrices. Consule Tit. Meretricum, quatenus aliis concubio junguntur.

RHAAB Hierichuntia meretrix, quæ exploratoris à Josue missos abscondit lini stipulis, excisa urbe, sola cum suis servata est, & Salmoni uni ex Principibus Juda matrimonio juncta, ex quo deinde conjugio Christus per successorem nasci voluit.

C OESAS Propheta oraculo monitus meretricem in uxorem ducere, conjugio sibi junxit Gomet filiam Deblaim, & ex ea suscepit tres filios. Quorum primum vocavit Isaaclem, secundum absque misericordia, tertium non populus meus. D. Hieronymus, com. 1. in Oseam, c. 1.

Pericles repudiata uxore nobiliff. è qua Xanthippum, & Paralum suscepit, Aspasia sortum nobile duxit, eamque ita dilexit, ut sine exiret, sine rediret à foro, salutaret semper eam osculo. Comici eam novam Omphaleam, & Dejaniram, & Junonem nominabant. In ejus gratiam bellum contra Megareses excitavit. Ream violatæ religionis, precibus, & lacrymis judicio eripuit. Plat. in Pericle.

Rhodopem meretricem, in Agypto serunt pulcherrimam fuisse. Cui aliquando lavanti, inopinatum, atque inexpectatum amans fortuna contulit munus, non isto animo, sed fortuna, venustateque dignum. Cum enim lavaret, atque vestimenta famulæ custodirent, aquila devolans alterum calcem abstulit, cumque secum deportavit Memphim. Judicium vero cum fortè Plammetichus exerceret, in ejus sinu aquila calcem iniecit. Plammetichus autem miratus pulchritudinem calcei, & fabricationis artem, atque concinnitatem, & avis factum: statim mandavit, ut per universionem Agyptum quaereretur femina, cujus is calcem esset. Eamque inventam, licet meretricem, uxorem duxit. Aelian lib. 13. de Var. hist.

CARUTUS Rom. Accam Laurentianam meretricem uxorem duxit. Macrobi. l. 1. Saturn. c. 10.

VIRGINITATIS.

Sacerdotes Israelitarum virgines tantum ducebant ex præcepto Domini, non viduas, aut repudiatas, aut in pudicitia pollutas, ne progeniem suam profanarent. Levit. 21.

Virginem ducere antiquus laudabile fuit, præcipiente idipsum Hesiodo: ἡ ἀριστομένης ἡ γυναικί, ἡ δὲ πρὸς θεῶν ἐστὶν. Homerus passim ἀνδρὶ ἐπιχρησὶν ἡμῶν, hoc est, quæ cum puella esset, & virgo, non vidua, aut anus marito nupit. Eust. in Iliad.

Conjugium.

RELIGIONIS VEL DIVERSAE.

Si conjugium inter gentes, hujus erunt loci: si causam ipsam vel Libido est, & ad Imperantiam referri debet: vel Pacis religionis propagandæ studium, & ad Prudentiam pertinet. Si effectum, ut quod hoc vinculo religionem veram discunt, vel deducunt, ad Justitiam, vel Injustitiam religionis obleganda erunt: & propter Felicitatem, vel Infelicitatem ex conjugio provenientem, inter Fortuna bona, & mala connumerari poterunt.

SETH filium Adam illius ætatis homines Deum appellabant, eò quod & Hebraica literas, & stellarum operationes invenisset, ob insignis ejus pietatis admirationem. Sic quoque Moyfi dicit Dominus: Deum dedi te Pharaoni, & de virtute præditis, & judicibus, & spiritualibus dicit: Deos non contemnes, & Principi populi tui non maledices. Itaque locus ille Geneosus. Ingredi fuit filii Dei ad filias hominum, de Seth & Enos & Enoch, Filius Dei, & Deorum filius, auctore Symmacho, intelligendus est: qui victi libidine, ad filias Cain sunt ingressi, è quorum impari, & impuro conjugio nati sunt Gigantes, ob justum quidem robusti & maximi: ob injustum autem & profanum, improbi & pessimi. Suidas.

MOYSES Aethiopiâ ducta, à fratre, & forore rephenthus fuit. Num. 12.

Blasphemus lapidatus in deserto fuit filius mulieris Israhelitis, de viro Agyptio generatus. Neque enim expedit ex diversis gentibus matrimonium copulare: quia liberi inde nati male imbuuntur. Lev. 24.

Israhelita non patrio ritu, non religione inhiberi poterunt à Moabitum mulierum congressu, concubituque nefario. Itaque ipsorum auctorum morte prius id scelus expiatur, dein & cognatorum, bis denis millibus paucorum dierum spatii pestilentia consumptis: insigni documento, non nullam domum oportere privata caritate scelus admittere, ne quod in paucis peccatum sit, in multis vindicetur. Sab. l. 1. c. 3. ex Num. c. 25.

SAMSON, Israhelitarum iudex, filius Manue, è tribu Dan, cum Thamnatham descendisset, vidit ibi puellam Palæstinam, quam vel refragantibus parentibus, ut potè idololatram, uxorem duxit. At non multo post, cum ei ænigma, quod 30. illius vis popularibus id enunciasset, eam reliquit. Ipsa Samsoni familiari nuptæ, qui ejus affinitatis conciliator fuerat. Caterum Domini instinctu uxorem Palæstinam duxit Samson, G ut occasionem haberet adversus Palæstinos, qui jam 40. annis Israhelitas oppræsserant. Judit. c. 14.

SALOMON Rex mulieres alienigenas multas amavit, Moabitidas, Ammonitidas, Idumeas, Sidonias, Hæthæas, uxores principes septingentas, & concubinas trecentas, per quas abalienatus est animus ejus à Deo, ita ut Chamos Moabitum Deo sanum in monte Hierosolymis obsecrare construeret, item Astaroth Sidoniorum, & Moloch Ammonitarum. 3. Reg. 11.

JORAM Judæorum Rex, à Josaphat patris sui moribus regis justissimi degeneravit, cum Ahaliam Achab Israhelitarum regis filiam uxorem haberet, & Achabiacorum consilia sequeretur. 4. Reg. 8. & c. Paral. 21.

ACHAB Israhelitarum Rex Jezabel, Ethabalis Sidoniorum Regis filiam, uxorem duxit, feminam scelestissimam. 3. Regum 16.

Judæi è captivitate Babylonica in patriam cum Efdra sacerdotis sub Dario reversi, affinitatem cum vicinis gentibus contraxerunt. Quod illorum peccatum Efdra, cum diu, multumque deplorasset, impetravit tandem, ut omnes extraneas uxores etiam cum liberis ex iis susceptis dimitterent, & repudiarent. 1. Esdr. 9. Illud enim Nehemias quoque sub Xerxe reversis effectit. 2. Esdr. 13.

Sanaballetes Chuzæus, Samaria præfectus à Dario, filiam Nicafo elocavit Manassi, summi pontificis Jaddi apud Hierosolymitanos fratri. At cum propter externum concubium Manassæm populum urgeret, ut vel uxorem dimitteret, vel ab ara arceretur: Sanaballetes cum bono animo esse jussit, sese enim pontificatum quoque paraturum. Itaque cum Alexander Macedo Darium viciisset, ad Alexandrum defecit, & ejus permissu in monte Garizim, qui imminet Samariæ, templum Hierosolymitano simile ædificavit, & generum pontificem constituit. Ex eoque factum, ut Samaritani templum illud Hierosolymitano præferre non dubitarent. Joseph. l. 11. c. 8.

Aniæus Judæus rerum in Parthia cum fratre potius, duxerat

Conjugium.

xerat Parthi cujusdam conjugem Afineum fratrem, conjugium hoc improbatum, illa veneno suffulsi. Rerum fortassis Parthorum regis generum incautum cepit. Qui dimissis, majoribus copiis cum aggressus est. Anileus fugam vis lapsus, tandem simulatione pacis à Babyloniis, somno, vinoque gravis, cum afflicis omnibus cæsus est. Joseph. l. 18. c. ult. Antiq.

Claud. Felix, Judææ procurator sub Claudio Imp. visa Drusilla, Magni Agrippæ F. Azizi Emefenorum Regis circumcisi uxore, feminarum omnium pulcherrima, per Simonem Judæum, genere Cyprum, magum, mulierem sollicitavit, ut relicto priore marito sibi nubere. Illa volens evadere molestationes sororis Barenices, invidentis sibi formæ præcellentiam Felicis impisit: natoque inde filio Nomen Agrippæ imposuit: qui jam adultus, cum uxore perit Vesuviani clade incendi, tempore Titi Cæsaris. Joseph. l. 20. c. 5. Antiq.

PEAS Rex Mildienglorum Aluchidedam Ofavii Regis Northanbrorum filiam ambiens, ad fidem Christianam convertitur, baptizatus à Sinano Episcopo cum omnibus, qui secum venerant, comitibus, ac militibus. Beda l. 3. c. 21.

CÆSAREA, regina Perfarum, baptisima causa Constantino-polim profecta, ad virtum idololatram redire reculas, auctor fuit ejus conversio. Plut. in Vitelliano, ex Regionis lib. 1. Sab. tamen l. 6. En. 8. de regina Parthorum id vult intelligi.

ALPHONSUS Hispania Rex, Abdallæ Sacenorum principi Triefam forem invitam desponderat. Verum ipso ante nuptias extincto, sponsa monasterium ingressa est. P. Pbrigia.

ROLLO Normannorum dux Ethnicus, Gislam filiam Caroli simplicis, Gallorum Regis, uxorem ducens convertitur. Greg. l. 5. c. 15.

CLOTHARIUS, Francor. Rex, viduo Herminifredo Thuringorum Rege, Radequandam Bartharii fratris filiam captivam & infidelem, uxorem duxit, & ea sua consuetudine ac monitionibus ad Christi fidem convertit. Greg. Turon. l. 3. Hist. c. 4.

GISELA soror Henr. II. Imp. Stephano Regi Ungarorum nubere renuit, nisi Christi fidem susciperet. Cusp. p. Sigeb.

CALOJOANNES Trapezuntiorum Imp. Christianus, Despenam F. Ulfumcassini Perfarum Regi Mahumetano nuptui dedit ea lege, ut Despenam patrio more Christum colere C permitteret. Quærebatur enim utroque hæc affinitate vires contra Ochomanni potentiam. Peperit hæc Martham, quæ Harduelli nuptæ, Hismælam peperit, qui caelo avunculo regnum Perfarum occupavit. Sab. supplem. l. 3.

HELMUNDUS Northanbrorum Rex Edelbergam filiam Edelberti Regis Cantiorum ambiens, Christianianorum fidei sese addidit, uxore potius fuit. Beda l. 2. Eccles. hist. cap. 9. lib. 4.

PROFESSIONIS RELIGIOSÆ SACERDOTES. Monachi mariti facti.

MONACHÆ MARITATÆ.

MOYSES, Auz. Josepho l. 3. Antiq. cap. 14. constituit, ut Sacerdotes uxores ducerent, etiam viduas, quæ neque captivæ, neque ancillæ, neque quibusvis de causis per factum divorcium repudiata: à prioribus viris essent: summo verò pontifici voluit virginem nuptui dari.

REG. IX. studio, in Concil. Schoningensi Cardinalis Sacrobinus egit, ut revocaret Svecos, & Gothos à Schismate Græcorum, in quod presbyteri, & sacerdotes ductis publice uxoris consensu videbantur: effectique cooperantibus rege Erico Balbo, & Bigero Duce Ostrogotorum, ut abjuratis conjugibus, & concubinis, celibatum amplecterentur. Transgressores verò hujus statuti omnibus priventibus, & dignitatibus, & privilegiis, & libertatibus clericali ordini annexis privavit, gravibusque pœnis, & censuris, ac judicio seculari subiecit. Fr. Magnus l. 19. c. 15.

Circa Silvium annum 1060. sub Adalberone Abbate, Monachi quidam Fuldenfes uxores duxerunt. In quos idcirco Gregor. VII. Pontif. tanquam Hæreticæ hæresi addictos anathematis fulmine graviter animadvertit. Bruscb. in Chron. Monach. Germ.

Circa an. Dom. 950. Sacerdos quidam Elingensis Ecclesiæ præpositus, invitus Papa, Rege, Episcopis, ac monachis omnibus collegium sibi, atque suis sacerdotibus conjugatis servavit. Illos tradunt omnes cum suis uxoris, ac liberis in anguillas vestos, & anguillas sub aquis hæc usque generate: L. B. Teat. vit. Human. Tom. II.

ob idque diocesium illam Elingensem, seu Anguillarientem dici. Galiel. Malmesburius, Joan. Gageanus, Balvus Cent. 2. scripsit Britan. Ethelvolphus Egberti Anglorum regis F. Monachus & subdiaconus, deficienti stirpe regia, Gregor. vel Leon. IV. auctoritate rex creatus, Osburgam uxorem duxit. Polyd. l. 5. hist. Anglorum.

Mortuo Miecislao II. Rege, Polonia intestinis bellis miserè per sexennium exagitata, tandem Cazimirum Miecislai F. qui Cluniaci in Gallia, Religionem exul professus fuerat, & revocandum censuerunt. Legati Romam profecti, vix tandem à Benedicto IX. vel Clem. II. impetrarunt (tributo oboli unius virginitatem ab omnibus incolis Polonia quot annis exigendi imposto, ad ignem sacrum in æde D. Petri Romæ sacra vendendum: tonsura item circulari toti genti indicta, sed & nobilitatum sacris abstinentium religioso habitu) ut Cazimirus monachus & diaconus, professionis & sacramenti religione solutus, ad regnum majorum suorum rediret, uxorem duceret, liberos procrearet. Chron. l. 4.

Gulielmo Rege Siciliæ Panormi defuncto sine legitimo hærede, cum regnum Siciliæ ad Ecclesiæ devotum putarent, Magnates adulterinum sibi regem constituerunt Tancredum, Rogerio Regi Normanno ex concubina genitum: virum foedum, quem Gulielmus dum viveret, nec fratrem spurium appellare, nec ullo dignari honore voluit. Indignatus igitur Cælestinus III. nothum regno Siciliæ potius, Cæsarem Henricum IV. Romam vocat, & ut regnum Siciliæ citra ultraque Pharium arripat servato sibi censu, cum terris quibusdam ecclesiasticis juris, adhortatur. Et ut jure id assequi possit, offert illi uxorem Constantiam, Gulielmi Siciliæ regis filiam, ad quam jure hereditario regnum hoc spectare videbatur. Hæc virgo tum monialis erat sacris addicta Panormi monasterio S. Clarae inclusa, ne (ut Joachimus Abbas præcinerat) prolem ferret, quæ Siciliæ regnum defolaret. Dispensatione itaque Apostolica à monasterio liberatur, & matrimonio Henrico postmodum coronationis suæ xv. Aprilis, quæ erat altera Pasche, copulatur. Ipse Imperator, & Augustus acclamatur, diademate, & benedictione imperiali insignitur. Ex eo conjugio natus est Frider. II. Imp. Cusp. Jacobus de Strada in The. sauro antiquitatum, & Simonet. l. 5. c. 80.

Mathildis Edgari Scotorum Regis soror, monasticis initiata sacris, cum invita Henrico I. Anglorum Regi nubere cogere, omnibus precibus prolem, si qua ex se nasceretur, G neutiquam irritato voto, excecra est. Polydorus l. 11. hist. Angliæ.

ALBERTUS II. Austriæ Dux, Alberti I. Imp. quintus ordinis filius, ob manuum, pedumque parvum Contractus appellatus, cum venenum, quod hauserat, Medici e corde in artus extremos expulisset, minimus fratrum, Patavienfis primum canonicus: deinde cum fratres omnes rebus humanis sine hærede exempti, successorem destituerent, habita Pontificis Joannis vigesimi secundi dispensatione (qui & Moguntinum illi paulo antè episcopatum promiserat) Joannem Udalcrici Comitissæ Phyretrarum, filiam duxit uxorem, ac administrationem post fratres suscipiens, ita rem domi, forsique gessit, ut sapientis nomen mereretur. Progenit verò ex Joana Phyretrienfis tres filios, Rudolphum IV. Albertum III. & Lupoldum II. Margaritam F. Marchioni Brandeburgensi collocavit: Catharinam coenobio inclausit. Extant ejus toris, domique præclara gesta. Latius l. 3. rerum Viennensium. Hinc Phyretrarum Comitatus Austriæ accessit. Hic castrum Berchtoldoff condidit, quatuorque genuit nobilissimos Principes. Cusp. in.

Bemar. Hildesheimensis Episcopus, Dux Brunsvicensis, nunquam animum Ecclesiasticæ disciplinæ adiecit: ut potè qui haberet in animo conjugalem amplecti vitam. Demisso Episcopatu, duxit speciosissimam puellam Mechildem, comitis de Schoveuemborg filiam, & Ernesto sponsæ fratri tradidit sponsam spirituales. Sed non diu supervixit. Crantz. lib. 11. Metrop. c. 45. & 49.

Gerardus Gerardi Holstatiæ Comitissæ in Stormaria F. affectus est Lubecensem præposituram cum ordine facto. Sed cum fratres ejus defecissent, per Apostolicam dispensationem, ut stirps propagaretur, accepta uxore filios reliquit. Crantz. lib. 8. Saxonie, c. 37.

Henricus Crastus, Comes Stadenfis, ex uxore filium sustulit Henricum, qui hoc choro Hildesheimensis Canonicus, ad sacros ordines pervenit. Defunctis parentibus, & fratribus, cum solus superesset, hæreditatem adiit paternam. Uxorem duxit Hildegardam, Apostolica interveniente dispensatione, quam si pro temporum simplicitate, & insolito ritu inductus, forte neglectus.

